

www.e-rara.ch

Gerardi Mercatoris Atlas, sive, Cosmographicae meditationes de fabrica mundi et fabricati figura

**Mercator, Gerhard
Amstelreodami, [1607]**

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: EE 1

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-94095>

Lombardiae Tab II. In Qua Hae Praecipue regiones describuntur, Tirolis Comitatus & Marchia Trevisana.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

LOMBARDIAE

TAB II. IN QVA HAE PRAECIPVE
regiones describuntur, Tirolis Comitatus &
Marchia Trevisana.

Patriarcha Aquilegensis hi subijciuntur Episcopatus, Mantua 32 58: 44 38. Cuman, Tridentinensis 33 6 45 39. Verona 33 18; 45 2. Maravenfis, Paduanensis 34 16: 45 12. Vincentinensis 33 40: 45 18. Trevisinensis 34 40; 46 36. Cenetensis, Geneda forte 34 46: 45 52. Feltre 34 12, 45 48: Bellun 34 21: 46 2.
Reliquos qui Patriarcha Aquilegensis subsumt quare in Tab. Friuli.

Meridiani distant ratione Paralleli 45 20.


TIROLENSIS COMITATUS, & Marca Tarvisina.



SECUNDA Lombardiae Tabula Tirolensem Comitatum & Marcam Tarvisinam Regio & complectitur. *Tirolensis Comitatus* nomen habet ab Opido *Tirol*, quod antiquitus unde splendidum fuisse videtur. Iacet inter *Athesim* & *Oenum* flumina, interque *Alpium dicta*. juga: ad Septemtriones Bavaria clauditur, ad Austrum Lombardia: ad Ortum *Marca Situs*. *Tarvisina*, Foroque *Iulij*: ad Occasum *Helvetia*. *Rhetica* quondam pars fuit. Regio *Soli Fertilitas*. hanc licet *Alpibus* inclusa & extensa per ipsa juga *Rhetica*, Fructuum tamen, *Rerum- litas*. que ad vitam necessarium, nec non *Auri*, *Argenti*, *Metallorum*que omnis generis optimorum copia, dives & locuples. E *Montium* visceribus ingentes hauriuntur *Metallorum* thesauri, cacumina vastis *Silvis*, *Ferarum*que multitudine plena: *Colles* ac *Clivi*, *Frugibus* ac *Vineis*: *Valles* *Fontium* ac *Fluminum* *Aquis* irriguae, *Armentis* & *Pecoribus* refertae sunt. Itaque *Comitatus* iste, non solum *Ducatu*, verum etiam *Regno* aequiparari potest. *Imperium* Adjunctus fuit *Domui* *Austriacae* anno *1108* a *Rodolpho* *Alberti* filio *Austriacae* *Duce*. *Urbs* primaria *Oenipons Maiorum*. vulgo *Inspruck*, ad dextram *Oeni* ripam, sedes *Principis*: *Parlamentum* regionum *Austriacarum* sedes. Sunt praeterea *Urbes*. *Maranum* opidulum ad ipsum castrum *Tirolense* regium; *Bolzanum* Emporium; *Hala* factitio *Sale* nobilis ad *Oenum*; *Brixia* ad *Isacum* fluvium, qua se *Rientius* in *Isacum* exonerat, *urbs* *Episcopalis*. Est & *Tridentum*, vernacule *Trento*, ad *Athesim*, *Urbs* vetus, quam in *decima* *Regione* *Italiae* inter *Mediterraneas* collocant *Plin.* & *Str.* *Conditam* volunt a *Gallis*; & ita *Trogus* prodidit. Nomen habere creditur a *Neptuni* *Tridente*. Nam ut *Randeneses* *Saturnum*, ita *Tridentinos* constat coluisse *Neptunum*, cujus effigies cum *fuscina* adhuc exstat in templo *B. Viglij*, eo latere quod forum respicit: *Alij* a *Tribus* *Torrentibus*: vel a *tribus* *Alpium* cacuminibus, quae altissima, *trium dentium* instar, *Urbi* imminet. *Vrbem* muro cinxit *Theodoricus* *Ostrogothorum* *Rex*, usus ad *structuram* lapide quadrato. Idem *Castellum* *Verrucae* *Tridento* imminens in altera ripa pari opere munivit. Postea eiecit ex *Italia* *Ostrogothis*, tenuerunt eam *Langbardi* titulo *Ducatus*. *Victo* autem *Langbardorum* *Rege* *Desiderio* a *Carolo* *Magno*, rursus facta est *juris* *Imperij*, auctaque ab *Imperatore* *accessione* *Ripa* *Opidi* ad *Benacum*, cum *vallibus* quibusdam & *villis*. Post hunc *Carolus* *Saxo*, universum *Comitatum* *Tridentinum*, una cum *valle* *venusta*, & *Bolzamo* *Opido* *Ecclesiae* dono dedit. *Additus* *defensor* & *protector* *Comes* *Tirolensis*. Ex eo itaque *jurisdictionem* *utramque* *exercet* *Episcopus*. *Sermo* *civibus* *partim* *Germanicus*, *partim* *Italicus*; & quod in *limitaneis* *civitatibus* *rari* est, tam *pure* *utramque* *linguam* *sonant*, ut neque in *media* *Germania* neque in *media* *Italia* *vix* *quisquam* *puri*. In hac *Urbe* celebratum est *Concilium* *illud* *famosum*, *Anno* *1117* *xlvj*, sub *Paullo* *III*, aliisque aliquot *sequentibus* *Pontificibus*. *Ager* *vini* *generosi* *feracissimus*. *Fluminibus* *Regio* *rigatur* *duobus* *praecipue* *Oeno* & *Athesi*; *Flumina*. *Reliqui* *rivuli* *potius* *quam* *iusti* *fluvij* *dicendi* *sunt*. *Montium* *hic* *numerus* *non* *est*, *qui* *omnes* *uno* *nomine* *Rhe-* *Montes*. *tica* *Iuga*, seu *Rhetica* *Alpes* *vocantur*, *quamvis* *proprijs* *deinceps* *nomine* *distinguantur*. *Sylvarum* *quoque* *hic* *Silva*. *magnus* *numerus* *est*: *uti* *Grinwald*, *Hofgarten*, *Inder* *Aich*, *Milrinald* *Forest*, *Vnser* *fr auwen* *Holz*, & c.

Marca Tarvisina.

DIXI de *Comitatu* *Tirolensi*: restat nunc ut de *Marca* *Tarvisina* agamus. Nomen accepit a *Tarvisio* *Urbe* quae *Regio*. *sedem* & *domicilium* *dabat* *Marchionibus* *Langbardi* *nomine*, *qui* *huic* *Tractu* *cum* *imperio* *praerant*. *Vnde* *Tarvisinum* *appellant* *Cassiodorus* & *alij*. *Dicitur* & *Venetia*, a *Venetis* *populis*. *Hodie* *vernacule* *Marca* *Tre-* *dicta*. *vigiana*. *Quod* *ad* *Fines*, *scribit* *Leander* *ab* *Occidente* *Venetiam* *claudere* *Mincium*, *Benacum*, & *Sarcam* *Flumina* *Septentrione*, *Situs*. *Montes* *Taurisanos*, *Italiae* *Germaniaeque*; *discrimen*; *ab* *Oriente* *Timavi* *Ostium*, *partemque*; *Hadriatici* *maris*: *ab* *Me-* *ridie*, *Ostium* *Athesis*, *paludesque*; *Melarianas* *ac* *Brigantinas*: *hos* *autem* *Venetia* *Veteris* *terminos* *esse*, *non* *Marca* *Tarvisi-* *sina*, *quae* *multo* *erat* *angustior*, *suamque* *habebat* *longitudinem* *inter* *Mincium* *Alsamque* *fluvios*: *trans* *Alsam* *e-* *nim* *Foro-* *julientem* *Agrum* *adnecti*; *praeterea* *Markam* *Tarvisinam*, *quae* *nunc* *vocatur*, *nonnulla* *continere* *loca* *Ceno-* *manorum* & c. *Regio* *pernobilis* *est* & *laura*; *Coelum* *salubre*, *jucundum* & *temperatum*. *Campos* *habet* *amoenos*, *Calitem-* *peries*. *ac* *Frumenti* *ceterarumque*; *frugum*, *item* *omnigeni* *Fructus* *ac* *Vini* *maxime* *fertiles*. *Adest* *Metallorum* *ubertas*: *nec* *Soli ferti-* *litas*. *Pecudum* *greges* *desunt*; *tantis* *denique*; & *tam* *multis* *municipa* *naturae* *dotibus* *adfatim* *ornata* *est* & *locupletata*, *ut* *in* *ter* *principes* *Italiae* *Regiones* *optimo* *jure* *cenferi* *possit*. *Habitarunt* *hic* *olim* *Euganei*, *quibus* *nomen*, *si* *Etymon* *ex* *Graecia* *petendum*, *ab* *genere* *nobili* *clarisque* *natalibus*. *Euganeos* *his* *sedibus* *profligarunt*, *ut* *Livius* *notat* *lib. i* *Venetis*, *a* *quibus* *tota* *Regio* *Venetia* *dicta*. *Urbes* *Tarvisina* *Marchiae* *sunt* *Verona*, *Vicentia*, *Patavium*, *Urbes*. *Venetia*, *Tarvisinum*. *De* *tribus* *prioribus* *Verona*, *Vicentia*, *Patavio*, *in* *propria* *quam* *obtinent* *Tabula*, *dicemus*. *Venetia* (vulgo *Vinegia*) *multitudinis* *numero* *nominata*; *Urbs*, *modicas* *complexa* *Insulas* *circiter* *lx*, *sita* *est* *in* *intimo* *Sinus* *Hadriatici* *recessu*, *medijs* *in* *stagnis*, *quae* *actu* *singulis* *senis* *horis* *irrigua*: *aduso*, *qua* *Oriens* *est*, *Relago*, *quod* *tamen*, *ne* *sua* *violentia* *vel* *ira* *sit* *noxium*, *praecipit* *alijs* *quibusdam* *Insulis*, *tanquam* *aggeribus* *cohibetur*.



TARVISINA MARCHIA ET TIROLIS COMITATUS

Occidens

Oriens

45

45

40

40

40

40

32

33

34

35

32

33

34

35

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

40

cohibetur. Licet non muris, nō propugnaculis, nō turribus ullis sit munita, loci tamē natura est tutissima. Quam plurimis dividitur Canalibus. Vicis pene omnibus sui sunt Rivi, conjungentibus ipsos pontibus ex lapide lignove circiter ccccl. Inter Canales principis loci, qui vulgo *Canal grande*, longitudinis trium milliarium, qui urbem totam in duas quasi dirimit partes: circa medium pontem gestans visendum. Ita commoditas passim urbem vel pedibus percurrendi, vel Cymbis, quarum numerus octo dicitur millium. Vulgus *Gondolas* vocat. Ambitus urbis vii i circiter milliarium. Imperij magnitudine, populi frequentia, opum splendore, mercium varietate, industriis: Ingenijs excellentibus virisque eruditissimis beata: bonis Legibus laudabilibusque Institutis ornata. Frumento, quod ex diversis Orbis partibus advehitur, Vinis multiplicis generis, inter quæ generosum illud, quod vulgo *Mabvaticum* vocant, alijsque rebus humanae vitæ necessarijs, ita adfluit, ut recte *Paradisus deliciarum* appelletur. Regiones ibi seu Parochiæ lxiv. Aedificia cum publica, tum privata ibidem magnifica, splendida, sumptuose ornata. Inter Tempa preciosissimum illud quod D. Marco Evangelistæ dicatum, auro multis locis ornatum, cujus pavementum tessellatum, & marmore varij generis in frustula confuso compositum. In Choro Columnæ quatuor marmoreæ, quæ adhibito lumine sunt pellucidæ. Supra portas statuae aeneæ Equorum iv; Constantinopoli, quum Veneti eam occupassent advectæ. Hic præter alia singularia, Thesaurus D. Marci immensus & admirandus: in quo Mitra Ducalis gemmis plurimis intertextæ; in apice Carbunculus est precij inestimabilis: sunt ibidē Coronæ Regiæ aureæ x i; Thoraces aurei totidem; Rubini, inter quos duo extremæ magnitudinis, Adamantes, Smaragdi, Chrysoliti, Hyacinthi, Vniones, aliæque gemmæ numero incredibili: duo, præter illa, Monocerotis Cornua, tertiumque minus; Vasa omnis generis ex Agate, Chalcedonio, auro, Argento. Habet insuper Vrbs Monasteria Monachorum xxxix; Cœnobia Monacharum xxvi i i; Oratoria xvi i i; Hospitalia, ut vocant, xvi i. Et ut reliqua omittam; intra urbem Armamentarium est (vulgo *Arsenale*) cujus circuitus duorum circiter milliarium. In hoc ligno, ferro, cre, lino, canabi, omne nautici apparatus genus, anchoræ, tormenta, catenæ, spiræ, rudentes, vela quotidie conficiuntur: hic insignia a Turca, piratis, hostibus capta ostentantur, Manubiæq; illæ optimæ anno c i o i o l x x i ad Naupactum ablata. Ostenduntur Prætoriarum quinqueremes, & navis Bucentaurus qua vestus quotannis ad maris introitum, ubi Castella Æstuarij, Princeps, Senatu Primoribusque urbis comitatus, ceremonijs ab Episcopo peractis, Mare sibi despondet; injecto ad perpetuandum Dominium aureo annulo. Est & Gymnasium publicum, cum Bessarionis Cardinalis Niceni Bibliotheca, quam ipse moriens Reip. Venetæ legavit. Civium frequentia *Venetijs* plane stupenda. Numerus trecentorum circiter millium censetur. Triplicis illi sunt generis; *Patrij*, quos penes Imperij & Reip. administratio: *Cives*, qui Scribarū & aliorū honorū munera gerunt: *Artifices*, qui mechanicas exercent artes. Præter hos, *Mercatores* ibi innumeri & *Advenæ*, qui vario cultu ex omnibus Mundi partibus connegociationis gratia confluere soliti: Turcæ, Æthiopes, Slavi, Arabes, Syri, Cretenses, Cyprij, Macedones, Germani, Vngari, Hispani, Galli, alij. Prima *Venetæ Reipublicæ* administratio fuisse fertur *Consularis*: altera *Tribunitia*, per annos ccl i i: postea anno 1000 vi i sub Ducis coepit esse Imperio. *Dux*, *Doge* vulgo, Reip. caput, *Senatus* est Princeps, eique nihil injussu *Senatus* nec pace agere, nec bello quidquam licet. Ipse *Senatum* consulit. *Senatus* auctor decernit, Decreta tamen *Ducis* nomine promulgantur. *Duci* de publico certa penduntur stipendia; eoque defuncto, statim in locum defuncti ex *Senatorum* numero alius per suffragia sufficitur. *Senatus*, vulgo *Gran Consiglio*, Basis est totius Status; ejus membra Nobiles omnes, xxv annis majores: quibus mira in dicendo libertas, summa in consulendo integritas, eximius recti verique cultus: studium conservandæ libertatis augendique Imperij incredibile, insignis in adversis constantia. Præter *Ducem Senatumque*, alij multi sunt *Magistratus*, quos hic brevitatis studio prætereo. Hæc urbs omnium urbium clarissima censetur & florentissima, Mundi Theatrum, commune totius Orbis Emporium, Vixtrix dominatrixque tot tantorumque Hostium, Hadriatici Regina Maris, Italici nominis gloria decusque. Quamvis multa bella gesserit, variamque fortunam mille annorum spatio sit experta, in externâ tamen hostis potestatem nunquam devenit. Divini plane sunt versus Actij Syncerij Sannazarij:

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis

Stare Urbem, & toto ponere lura Mari,

Nunc mihi Tarpeias quantumvis Iuppiter Arces

Obijce, & illa tui Mania Martis, ait:

Sic Pelago Tibrim præfers: urbem aspice utramque,

Illam homines dices, hanc posuisse Deos.

De Hexastico illo Epigrammate refert in Sannazarij vita Ioannes Baptista Crispus, auditum a seex Aldo Manutio Paulli F. Poeram ab S. P. Q. Veneto pro singulis versibus singulos centenos aureos, honoris gratia dono accepisse. Scripsit & de *Venetorum Urbis* fato Vaticinium Gauricus, insignis Astrologus:

Virginis partus sacris bis octo peractis,

E Pelago emergens tellus fecunda colonis,

Præbe bis miseris alimenta e frugibus altis;

Nec Nauta pisces capient in litore sicco

Sed varios pueri flores, & gramina pingues

Lata boves, hasta non remis pulcra luventes

Certatim ludent, maestro spectante Senatu.

Quibus versibus Venetis Dominium Poeta pollicetur usque ad annum c i o i c c c l x x x: Urbem prædicens ex insula in terram continentem commutatum iri. Tempus docebit. Nos quidquid rerum humanarum est optima Dei Omnipotentis providentia gubernari scimus, cujus solius est mutare Imperia, alioque transferre: quem penes arbitrium, Civitates ut floreat, ut pereant. *Tarvisum*, vulgo *Treviso*. Vrbs aedificijs splendida opibusque potens, editiore jacet loco, in Campo spaciosissimo, amne Sili divisa. Fontium amoenitate salubritateque stupenda; antiquis Scriptoribus non nominata: ideoque non magni ævi. Primam ejus memoriam habent Gothorum Historiæ. Cives humanitate sunt singulari, ingenijs igneis, quæque percipiendis litteris: mercaturæ, alijsque honestis studijs promptissima. Episcopatus gaudet dignitate. Nobilitavit hanc urbem ortu suo *Totilas* Gothorum Rex, cujus pater ejus situ supra modum capiebatur. Genuit item, præter alios, *Benedictum* xi P. M. & *Ponticum* *Virunium*, Virum Latinis Græcisque litteris doctissimum, uti scripta probant. Post Gothos sedem hic suam posuerunt Langbardorum Marchiones, unde toti regioni *Marka Tarvisina* nomen inditum, ut initio dictum. Pressa deinceps Actiolini tyrannide, *Imperatorum Italiaque Regum*: inde *Carrariensium*, hinc *Scaligerorum*, postremo *Venetorum* subdita est Imperio & potestati. Magna hic agrorum est ubertas, ingens rei pecuarie studium, copia Tritici optimi (unde panis confit candidissimus) Vini nobilissimi, aliarumque rerum admiranda. Reliquas civitates & minorum gentium opida silentio prætereo. Fluvij insigniores hujus tractus *Plavis*, *Piave* vulgo, *Brenta*, *Bachilio* & omnium maximus *Athesis*. Montes sunt hic in tractu *Paavino*, qui nec ad Apenninum nec ad Alpes pertinent, qua conditione nullus alius ager est totius Italiæ. Horum unus est *Gemula*, aliter *Venda*, & *Colles Euganei*, *Poetio* celebratissimi. Atque hæc de *Tarvisina Marca* breviter dicta nobis sint.

Flumina.

Montes.